Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31286
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



188

Sn̄ ayatheum

Initium sancti euang. filij dei ihu xpi
sicut scriptum est in ysaia ꝓpheta
ecce ego mitto angelum meum ante
faciem tuam qui preparabit viam tu
te vox clamantis in deserto parate viam
dni rectas facite semitas dei nri
fuit johes in deserto baptisans et
predicans baptisma penie in remissionem
peccatorum et egrediebant eo die ad
eum omis iudee regio et jhrslimite
vniuersi et baptizabant ab eo in
prdanis fluio confitentes peccata sua
et erat johes vestitus pilis camelorum
et zona pellicia circa lumbos eius
et locustas et mel siluestre edebat
et predicabat dicens venient fortior
me post me cui non sum dignus procum
bens solueo corrigiam calciamentorum
eius ego baptizo vos in aqua ille vero
baptizabit vos spiritu sancto et factum est
in diebus illis venit ihs a nazareth
galilee et baptisatus est in iordane
a iohanne et statim ascendens de aqua vidit ap
tos celos et spiritum sicut columbam
descendentem et manentem super eum et vox
facta est de celis tu es filius meus dilectus
in quo mihi complacuit. Psalmus
Quoniam multi conati sunt ordinare
narracionem que in nobis completa sunt
sicut tradiderunt nobis qui ab initio
ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis
visum est et mihi assecuto omnibus
a principio
oblis diligenter exordine tibi scribere
optime theophile vt cognoscas eorum
verborum quibus erudisti es veritatem

Initium sancti euang. secundum Lucam

Factum est in diebus herodis regis iu
dee sacerdos quidam nomine zacharias
de vicissitudine abiam et vxor eius
de filiabus aaron et nomen eius elizabeth
erant autem ambo iusti ante deum ire
dentes in omnibus mandatis et iustificacio
nibus domini sine querela et non erat
illis filius eo quod esset elizabeth sterilis
et ambo processissent in diebus suis. Factum
est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine
vicis sue coram deo secundum consuetudinem
sacerdotij sorte cecidit vt incensum
poneret ingressus in templum domini et omis
multitudo populi erat orans foris hora
incensi apparuit autem illi angelus
domini stans a dextris altaris incensi
et zacharias videns turbatus est et
timor incecidit super eum dixit autem illi
angelus ne timeas zacharia exaudita est oratio tua et vxor tua pariet
filium et vocabis nomen eius johes et erit
tibi gaudium et exultacio et multi in
natiuitate eius gaudebunt erit enim magnus
coram domino vinum et siceram non bibet
et omne quod inebriare potest et spiritu sancto
replebitur adhuc ex uterus matris sue et
multos filiorum israel convertet ad dominum deum
ipsorum et ipse precedet ante illum in spiritu et
virtute helie vt convertat corda patrum
in filios et incredulos ad prudentiam
iustorum parare domino plebem perfecta et
dixit zacharias ad angelum unde hoc
sciam ego sum senex et vxor mea in
diebus suis processit et respondens angelus
dixit ei ego sum angelus dei gabriel qui
assto ante deum et missus loqui ad te et tibi
euangelizare et ecce eris tacens
et non poteris loqui vsque in diem quo fiet
quia non credidisti verbis meis quia imple
bunt in tempore suo et erat plebs exper
tans zachariam et mirabatur quod ipse
tardaret in templo et cum egressus illis
et manset mutus et factum est vt impleti
sunt dies officii eius abiit in domum suam
post hos autem dies concepit elizabeth
vxor eius et occultabat se menses quinque
quinque dicens quia sic mihi fecit dominus in
diebus quibus aspexit auferre opprobrium meum
inter homines. In autem mense missus est angelus gabriel
angelus a deo in ciuitatem galilee cui
nomen nazareth ad virginem desponsatam
viro cui nomen ioseph de domo dauid et
nomen virginis maria et ingressus an
gelus ad eam dixit aue gracia plena dominus tecum
benedicta tu in mulieribus quae cum audisset
turbata est in sermone eius et cogitabat
qualis esset ista salutatio et ait angelus
ad eam ne timeas maria inuenisti gratiam
apud dominum ecce concipies et pies filium
et vocabis nomen eius ihesum hic erit magnus
et filius altissimi vocabitur et dabit
illi dominus deus sedem dauid patris sui et regnabit
in domo iacob in eternum et regni eius
non erit finis dixit autem maria ad angelum